

TRACTATVS
CAVTELARVM
AVCTORIBVS ATQVE
COLLECTORIBVS
INFRA SCRIPTIS.

BARTOLOMÆO CAEPOLLA VERONENSE.
THOMA FERRATIO DE ADVOCATIS, BRIXIENSE,
IOANNE DE ARNONO SALERNITANO,
IOANNE DILECTO DVANTE GVALTENSE,
M. ANTONIO BLANCO PATAVINO,
RAIMUNDI PIO FICHARDI FRANCOFORTENSE, IO. F.

OPVS IVRECONSULTIS, POTISSIMVM AVTEM
ADVOCATIS, PRAGMATICIS, CAVSIDICIS. ATQVE OMNIBVS
in Foro versantibus, apprimè vtile, necessarium, ac frugiferum.

Cum Prefatione, De recto atque vero Cautelarum usu, & earundem
utilitate, Clariſ. I.C. Ioannis Fichardi Francofurtensis. Etate Matute, de curia pro
mo servabili et expedita.
Et accurato INDICE Alphabetico rerum & materiarum à singulis prædicis tractatarum.



FRANCOFVRTI,
Ex Officina Typographica Nicolai Baffi.

M. D. LXXV.

Num. 26. capo. T.
Num. . . T.

Esta conforme al Exemplarario
de 1640. Por comisión
del Sto Oficio

Jos
Jgn. de Samaneo

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.



TRACTATVS CAV- TELARVM BARTHOLOMAEI CAEPOLLAE VERONENSIS, IVRIS VTRIVSQUE DOCTORIS.

Vnacum utilissimis, tum prioribus Ioannis à Gradibus, tum poste-
rioribus, ac etiam nunc recens appositis Additionibus.

C A V T E L A I.

* Quibus modis euadere quis possit
paenam mortis propter commissum
crimen.

S V M M A R I V M.

1 In criminis laesa maiestatis, omnis cautela libera-
da aliquem à morte propter delictum comis-
sum, periculosa est.



Ota singulariter, quod si filius commisit ali-
quod delictum sive cri-
men, puta, laesa mai-
estatis, & pater & ipsum
offerat, sive exhibeat
judici, filius non debet
mori, nec est ita punie-
dus, sicut fuisse accusatus, & ductus per alium,
vt est tex. no. in l. milites agrum. §. desertore.
ff. de re militari. secundum Sali. in l. propter
infidias. C. qui accus. non pos. & per illum
textum Ray. de Forliuio ostendit alias esse
consultum de facto in ciuitate Forliuij, & ita
respondit. Ratio ibi erat talis: Filius interfec-
cerat vnum, ex quo veniebat decapitandus,
& pater propria auctoritate cepit filium, &
duxit ipsum ad iudicem, vtrum sit decapi-
tandus? Et concludit quod non, per illum tex.
Additum similem text. in l. quicunque vno. §.
qui filium, eo. tit. de re mil. Et in ciuitate Fru-
xinij Paul. de Cast. ita cōsuluit: Cum quidam
mercator veniret de Alemania, interrogauit
eum de quibusdam dubijs, inter quas erat
istud: Quidam filius comitis Palatini com-

misit crimen laesae maiestatis, pater propria
auctoritate ipsum presentauit Imperatori.
dubitatur, nunquid esset decapitandus, &
consuluit Paul. de Cast. quod non, & moue-
batur auctoritate Ray. & Salic. & quando ille
mercator rediit, dixit, quod Imperator viso
confilio voluit ipsam videlicet text. quo viso,
cum liberauit à pena mortis, relegando curia
per decennium. ita dicit Paul. de Cast. in d.l.
propter infidias. C. qui accus. non pos. quod
singulariter tene menti. Quid si pater vidit
filium commisilem delictum capitale, & spe-
rati judicem velle sequi illa iura, quod ipsam
pater offerat cum iudici vel superiori? ¶ Ta-
men ista Cautela est periculosa in crimine la-
sa maiestatis, licet Imperator predictus ob-
seruauerit, est tamen utilis, si occurreret ei ca-
sus, sicut fuit in Paul. & Rayn. quod notab-
ne, & tene menti.

A D D I T I O.

* Cautela.) Cautela congrua quae dicatur, vide Pa.
de Cast. confi. 17. 6. in fin. Et cautela superflua non no-
tet. l. testamentum. C. de test. vbi Bald. in 3. 2. 1. si pu-
pilli. §. item si procuratori. per Bart. in 1. col. in verba. &
si not. ff. de neg. gest.

* Pater.) Additum Spec. de tutor. in §. fin. verificu. item
excipitur. Et pater est melior amicus, quam habet fi-
lius. Bald. in cap. per tuas. de proba. Et pater potest de-
fendere filium in causa criminali, vt pater, non ut pro-
curator. Bal. in l. 6. cui. de accusat.

C A V T E L A I I.

Liberandi aliquem à morte iustè dam-
natum, & qualiter executio sententia
alicuius ad mortem condemnati, differ-
ri possit.

S V M M A R I A.

1 Executio alienus, qui ad mortem ducitur, pro-
pter



CAVTELAE IVRIS VTRIVSQUE DOCTORIS EMINENTISSIMI, D. THOMAE FERRA- TII DE ADVOCATIS BRIXIENSIS.

CAVTELAE I.

Pro illo, qui est de terris ecclesiis, ut possit legitimari ab Imperatore.

S V M M A R I A.

- 1 Papa an potestatem habeat legitimandi in terris imperij, & contra, an Imperator legitimare posse in terris ecclesiis.
- 2 Legitimare non potest princeps de potestate ordinaria spuriis, sine bastardis, stantibus legitimis, & naturalibus.
- 3 Imperator legitimans spuriis, stantibus legitimis & naturalibus, est unum pecus.
- 4 Comites sacri Palatij babentes generalem potestatem legitimandi, in præiudicium legitimorum, & naturalium legitimare non possunt.
- 5 Concessione in generali, non veniunt ea, quanisi de potestatis plenitudine fieri non possunt.
- 6 Scholaris omnes in studiis publicis studentes, sub imperiali protectione Imperatoris existunt.
- 7 Appellari potest ad Papam de Iure Canonico omisso medio, secundum tamen de Iure Civili, excipiuntur tamen scholaris in studiis publicis studentes.
- 8 Scholarium ad defensionem Imperator de specie gratia sponte se offert.

Antriqua & moderna Iurisprudentia, inter se alterata est, nunc quid Papa, quando disponit in radice matrimonij, habeat potestatem legitimandi in terris imperij, & contra, an Imperator possit legitimare in terris ecclesiis. Et omissis fundamentis, quæ hinc & inde adducuntur, communis opinio est, quod cum inter eos distinetur sive potestates, quod Papa non possit legitimare in terris imperij, nec econtra ipsi Imperator in terris ecclesiis, prout tenet Bald. in l. i. C. de iur. aureor. anu. vbi dixit, quod ita alias consuluit, & quod

ista est veritas, tenet idem Bal. & Sal. in præc. C. Bal. in l. eam quam. in 6. col. versi. consuevit esse quæstio. C. de fideicom. & in consil. 37. incip. punctus quæstionis talis est. in 2. parte. Petrus de Anch. in consil. mihi 320. inci. primum dubium non est nouum. Fran. de Cut. in consil. 73. incip. super memorata facti narratione. in 23 col. ver. 4. differentia. Alexand. in consil. 67. incip. considerat his, quæ in themate narrantur. in ultim. col. versi. in super aliter ad aliam facultatem. in 1. volum. vbi dixit, quod ista est communis opinio, & quod ab ea in iudicando non est recedendum. gloss. & Doct. vbi præcipue Card. Alex. in c. per venetabilem s. quod autem. in 77. col. versi. glo. 2. recitat quatuor opiniones. extr. qui filii sunt legitim. Pone modò, quod tu, qui es de terris ecclesiis, velles legitimari, putain prædicium legitimorum, & naturalium, & quod a princeps non potest facere de potestate ordinaria, ipse enim non legitimat, stantibus legitimis, & naturalibus, ut s. si quis situr. & s. illud tam. & s. generaliter. Authen. quib. mon. nat. eff. sui. unde dixit Bal. in c. filii nati. si de feo, 3 fuerit controversi, & quod Imperator legitimans spuriis stantibus legitimis, & naturalibus, est unum pecus, non habens præ oculis iustitiam publicæ honestatis, nec considerans per solas nuptias conseruari elegans genus humandum, vt in Auth. de nup. in princ. hinc est quod dixit Bal. in l. cum filius famil. s. de testam. mil. & in Auth. præterea. C. de naturalib. lib. & Pau. de Castr. in l. Galles. s. & quid sit tantum. in fin. s. de libe. & posthu. & in suo consil. 321. alias 3:2. incip. super eo quod primo loco queritur. in 4. col. & quod Comites sacri Palatij habentes generalem potestatem legitimandi, non possunt legitimare in præiudicium legitimorum, & naturalium, ut etiam latenter Alex. in consil. 62. incip. vis a legimatione facta de D. Marmorina. in 7. col. ver. 2. ratio est in 2. volum. Et latius Franc.



TRACTATVS CAVTELARVM IOANNIS DE ARNO- NO, CENTVM CONTINENS IN VTRQVE Iure Cautelas notabiles, in iudicio quotidie versatiles.

CAVTELA I.

*Pro homicida voluntario, ut non puniantur de ho-
mocidio doloso, sed cospeso.*

Per regni cōstitutionem incipientem, terminum vitæ, sub Rubr. de homicidijs puniendis, habes, quod homicida voluntarius damnatur ad mortem capitalem semper, licet alias de iure digestorum interdum ad mortē, interdum ad deportationem, vt dicit ibi gloss. 1. in ver. terminū. alleg. l. 3. s. pen. ff. ad leg. Cornel. de sic. Sed ego volo tibi tradere vnam Cau telam, vt non damneris ad mortem capitalem, iuxta d. regni constitutionē, pro homicidio voluntario, sed ad deportationē, vel aliam pœnā, iuxta dispositionem iuris communis. Nam si impuleris de homicidio, quod non poteris inficiari, quia probatur tibi legitimē pertentes, alleges te interfecisse illum, quia putabas illū esse bannitum, & foriudicatum, & sic licitē, & legis autoritate, per constitutionem regni. Pos nam horum, de forbannitis & foriudicatis. Et si dicatur, debuisti diligenter perquirere, an esset bannitus, & foriudicatus, replices te in hoc culpam admisisse, & sic punieris de homicidio doloso, & non doloso. Ita no. Bart in spe cie, in l. fin. ff. de adult. & in l. 2. §. hac actione. ff. vibonor. rapt. & in l. lex Cornelja. ff. ad legem Cornel. de sicar. Refert & sequitur consulendo Franciscus de Capitibus listæ de Padua II. Doctor, & comes in consil. suo, incip. in Christi nomine, licet invitus verba faciam, in fin. Et maximē, quia de hoc, quod putaueris illum esse forbannitum, & foriudicatum, stabitur iuramento tuo, propter glo. not. in l. 1. in verbi. non occidendi animo. C. ad legem Cornel. de sicar. De quo ultimo ego plenē dixi in singularibus meis, sing. 44. incip. vulnerali Titium, vbi in-

uenies illam gl. notab. per me adductam ad alium ad hunc effectum non minus notabilem.

CAVTELA II.

*Pro iudice ad constitutionem regni, intentionis no-
stra, de illicita portatione armorum: & constitutio-
nē, signis aliquem, de percussione illicita cū armis.*

Itius cum quodam fuste, baculo, sine la pide percussit Sempronium: ex tali percussione facta est tumefactio, qua fecit scissuram ab infra, licet non ab extra: vel talis tumefactio dedit causam necessariæ scissuræ ab extra facienda per medicum. Iudex puniuit Titium amissione manus, per constitutionem, si quis aliquem, de percussione illicita cum armis. Impetratur in syndicatu. Quæritur, nunquid benefecerit? Videtur dicendum, quod non. Nam ut præsupponitur in themate, iste non percussit cum armis prohibitis, de quibus in constitutione regni, intentionis nostræ, de illicita portatione armorum, videlicet cum armis molitis & prohibitis, cūtellis & ensibus, lanceis, panceris, scutis, vel loricis aut clavis ferreis, cum fuste, baculo, sive lapide. In contrarium est veritas, nam omnis scissura, vel omnis separatio in corpore appellatur vulnus. l. si seruus seruum. §. rupisse. ff. ad legem Aquil. & per Bart. in l. prætor ait. §. sua. ff. de iniur. vbi dicit, quod etiam tumefactio est vulnus, quando fecit scissuram ab infra, licet non ab extra: vel quando etiam dedit causam necessariæ scissuræ ab extra faciēdæ per medicum, vt ibi per eum, & respondeo ad d. constitutionem, si quis aliquem, dico, quod etiam per eam sunt prohibiti baculi, lapides & fustes, quod probatur tibi, dum enumeratis armis, de quibus ibi dicit. & etiam alia omnia, quæ nocēdi magis causa, quam alterius cuiuscunq; liciti operis gratia sunt parata,

SEQVNTVR

MARCI ANTONII
BLANCI PATAVINI IURIS
VTRIVSQUE DOCTORIS CLARISSIMI
Cautelæ criminales, pro defendendis reis, quas Practi-
cæ sue Criminali annexit.



P R A E F A T I O A U T H O R I S.

Postquam expediuiimus tractatum defensionum reorum in homicidijs, eadiscutiendo, qua ad materiam istius legis nostra pertinent, operapretium esse duxi, cum alia reperiantur, qua defensiones reorum concernunt, hinc inde sparsa, in unum eareducere, & Cautelas, aliorum vestigia sequendo, pro defendendis reis, formare: non quidem ea intentione, ut velim quodd delicta remaneant impunita, & quod pronicia non purgentur malis hominibus, & boni possint vivere inter malos, sed ad liberandum eos, quos verisimile est corrigi, & in melius mutari.

CAUTELA 1.

Cautela liberandi condemnatum à morte, aut ut executio differatur.

S. V. M. M. A. R. I. A.

- 1 Damnari ad supplicium, non sunt vi eximendi.
- 2 Cardinales ad mortem condemnatos sis obnubando liberare possunt.
- 3 Baptismus liberat Indemnum à morte.
- 4 Baptismus liberat ab omni pena corporali, quoad mundum.
- 5 In arte valde perito, velforte cunctati veii, parvendum est.
- 6 Damnari ad mortem executio differunt, si censetur de maiori criminis, ex quo pena maior venit imponenda.
- 7 Executio differunt damnari ad mortem, donec administratio corredatur ratio administrationis.
- 8 Executio damnati ad mortem differunt appellacione interposta.
- 9 Pena imposita reo severior, quam sic consuetudo, index usque ad 30. diu differre debet.

10 Pregnans mulieris dammate pena differunt, donec pariat.

11 Executio sententie differunt, si testes & producens accusatur de falso, usquequo cognoscatur.

12 Testibus convictis de falso, sententia retrahatur.

- 1 Damnati ad supplicium ducti non sunt per aliquem vi eximendi, l. addicctos. C. de appellationib. ¶ Dantur Cautelæ, ex quibus aut liberatur à morte, aut executio differatur: liberatur à morte, si dum ad supplicium ducitur, obvia set Cardinalem, qui posuit let capellum suum super cius caput. ita Capol. in Cautela 2. in princi. ¶ Item etiam liberatur, si esset Indicus, qui dum ob delictum ad supplicium duceretur, petijt se fieri Christianum, & revera se Christianum fecit. ita post multa Tho. Ferri, in Cautela 2. versi. tu autem Induc. ¶ haec ratione, quia baptismus habet tantam efficaciam, & tantam virtutem, quod non solum liberat homi-

RCMNG M. G. M. L. D. S.
IMPRESSVM FRANCO-
FVRTI AD MOENVM. APVD
NICOLAVM BASSAEVM.



Anno Domini, Millesimo quingentesimo
septuagesimo quinto.